1230.

Ex Codice Dipl: Dregeri. 47.

12

In Nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Cristianus primus Prussie Episcopus notum esse volo universis presens scriptum inspecturis. Quod propter Deum et ob defensionem sacrosancte matris nostre Ecclesie. hec jam pene in partibus illis depopulate a paganis videlicet territorio Cholmensi. fratribus de domo Theutonica quicquid habui dati michi a Duce Conrado vel ab Ecclesia Plocensi vel empti libere contuli ut ipsi michi omnibusque meis successoribus sint parati contra paganos pugnaturi. Ipsi vero michi in eodem territorio jam supradicto contulerunt de omni aratro unam mensuram tritici et aliam siliginis et ducenta aratra et quinque hologica unumquodque de quinque aratris cum omni utilitate. Testes autem donationis hujus et promissi. Henricus abbas de Lucca. frater H. sacerdos. Frater H. conversus. fratres milites Cristi. Andreas Goz. Conrad. cetérisque quam plures. Alexander sacerdos. Cives. Albertus Scultetus. Mauricius. Hildebrandus etc. quam plures. Et ut hec permaneant inconvulsa sigillorum nostrorum premunivimus appensione. Acta anno incarnationis domini M^o. CC^o. XXX^o..